

**IX**

'Η λαποδυτεῖν τὰς νύκτας, ή τοιχωρυχεῖν,  
'Η τῶν ποιηντῶν ταῦτα κοινωνεῖν τισιν,  
'Η συκοφαντεῖν κατ' αγορὰν, ή μαρτυρεῖν  
Ψευδῆ, τοιούτων ἐκκαθαιρομέν γένος.

Talis istio lex est, o vir optime,  
Corinthiis; si quem obsonantem semper  
Splendidius adspexerint, illum vt interrogent  
Vnde viuat; quidnam agat: quod si facultates illi sunt,  
Quarum ad eum sumtum redditus sufficiat,  
Eo vitae luxu permittunt frui:  
Sin amplius impendat quam pro re sua,  
Ne id porro faciat interdicitur.  
Si non pareat, multa quidem plebitur.  
Si sumtuose viuit, qui nihil prorsus habet,  
Traditur puniendus carnifici. — —  
Nec enim licet vitam absque vlo malo degere  
Talem, scias: itaque necessum  
Vel noctu grassantem spoliare alios, vel parietes suffodere;  
Vel talia patrantibus adiungere se socium;  
Vel in foro delatorem esse, aut testem  
Falsum: a talium hominum genere purgamus vrbum.

Denique et hoc exspectandum est a praeclaris legibus, vt  
manifesti dedecoris notam, turpi otio inurendam, quauis  
ratione animis ingerant, praestentque communem labis  
illius horrorem, ac tanto feruentiora in laborandi adsidui-  
tatem studia.

Magna petimus a legum auctoritate; sed quis minora  
tantum illa et vulgata, parum ad mores et sentiendi veri-

B tatem